inaudierunt, multis de suo adiectis praedicare
repetere, et identidem inculcare non cessant,
ut de mendaciis, quibus turpius perniciosiusq[ue]
et in mortalium rebus inveniri nihil posse
magis iudico exsecrabile ut de his nunc taceam,
considerate ~~quod~~ consideratae mentis effatum,
quod maturo iudicio vir memorabat Lycon,
hirundines perpetuo garritu familiaritatis
voluptatem perdere, sic garrulas linguas
perpetuò obtundentes molestias parere.
confirmat hoc malum Abderitarum legatus
ad Agidem missus, non minus etiam legati
ad Cleomenem missi, qui sermoni Iliade longiori
colophonem addentes rogabant, audite id quid civibus renuntiaturi forent,
Auditores benevoli Agidem respondente; quanto
tempore fuit opus ad dicendum, tanto me
silentem audisse. Cleomenis quoq[ue] responsum
percipite, quae primo loco dixistis non memini,
ob id media quidem intelligo, omnino verò